

MAGNANIMITAS AUGUSTA,  
*QVAM*  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,  
DOMINI  
WILHELMI  
ERNESTI,

DUCIS SAXONIAE, IULIACI, CLIVIAE AC MONTIUM,  
ANGARIAE ITEM ET VVESTPHALIAE,  
LANDGRAVII THURINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE,  
PRINCIPIS HENNEBERGIAE,  
COMITIS MARCIAE ET RAVENSBERGIAE,  
DYNASTIAE RAVENSTEINII,  
PATRIS PATRIAE VERE AUGUSTI,  
NATALI EXOPTATISSIMO

ANNO M DCC XVI.  
FELICITER ILLUCESCENTE,

*IN DEDICANDA*

AEDE

PLUSQVAM AUGUSTA,

SUB NOMINE

NOVI GYMNASII WILHELMO-ERNESTINI

MUSIS ET APOLLINI,

*IMO*

PUBLICAE UTILITATI ET POSTERITATI

DICATA,

PROPE SALINAS SULZENSES

HUMILLIMO ANIMI CULTU VENERABUNDUS

PROSEQUITUR

CHRISTOPHORUS TITTELIUS.

VINARIAE, LITTERIS MUMBACHIANIS.





At patriae civique datum, nec publica defunt  
Aera, quibus dudum TIBI, PRINCEPS  
OPTIME, mundum  
Fecisti nomen: non ortus promere sacros,  
Nec vacat enfiferos majorum pingere vultus;  
Sufficis Ipse TIBI, propriisque superba prioris  
Aetatis superas meritis monumenta, nec arctis  
Pagellis poterunt illustria facta notari,  
Queis orbem TIBI devincis, vel digna Minervae  
Peplo, dum publicam fulcis rem robore mentis  
Eximio, patriaeque tuas molimine celfo  
Impendis curas; Seu juri ferre labanti  
Dignas suppetias, moremque imponere paci,  
Quae duraturos Themidi despondeat annos,  
Seu decet ex tabulis penetrabilia pandere, totam  
Gentem quae doceant, quo spes & vota futuri  
Subvehier possint secli, si laesa latenter  
Iura DOMUS, justo defendi pondere debent;  
Seu juvat auxilio pressos miserosque favore  
Solari, sedesque novis partire colonis;  
Seu quoque structa placent prae rudere marmora, fausta,  
Queis caput extollit, Vinaria, seque sorores  
Inter noscendam sublimi sistit amictu.  
Sunt haec, sunt aliis pleno dicenda cothurno,  
Exili saltim calamo mihi splendida fata

Parnassi fas sit venerari, & paupere vena  
Divitias, queis castra micant Phoebéa, referre.  
Vix tua, quam lenès essent, gustárat habenas  
Plebs, quibus imperium, PRINCEPS, moderaris avitum,  
Cum simul in Musas ardor laticesque refulsit  
Castalios propensus amor, cum cura tuendi  
Vicini subiit Pindi, qui membra senecta  
Quassabat marcens, ast TE TUTORE lacertos  
Movit, & in priscum visus succrescere robur,  
Intacto tenus hac revirescit flore juventae.  
Proximus inde TIBI, cura propiore Penates  
Indigitesque foves, patriis dum providus amplam  
Sponte stipem Musis confers, & pascis egentes  
Regali clemens sumtu, dapibusque ministras  
Gratuitis largus cultum, pius artis alumnus  
Aetheriae quo possit ali. Nec ponere fines  
Nescia mens metae novit divina, subinde  
Laetior assurgens Helicon sua sidera spargit  
Latius, inque dies majori luce coruscet.  
Edita doctrina sapientum templa, nitore,  
Quocum Graja queat, quocum Romana vetustas  
Conferri, in media scintillant Principis aula.  
Haec tot thesauros & tot cimelia thecis  
Afferuere suis, quot conquesta per omnem,  
Qua patet, Europam sacrata volumina conduunt.  
His adytis suscepta cohors ter trina fororum  
Vota supergreditur, dulcique ferocula fastu  
Adversae occultos fortunae despicit astus.  
Ipse pater, tanto stupet impos mentis honore,  
Seque Palatinum rursus miratur, Apollo.  
Quid juvet eductas trivio memorare Camoenas,  
Majorique datum decus immortale Palaestrae,  
Quod pia MUNIFICI conamina PRINCIPIS ipso  
Nomine testatur? Sunt proximiora, nec unquam  
Sat dignis celebranda modis, documenta recentis,  
Collibus Aonidum quem continuavit, amoris,

Aemulus Augusti, patriae PATER. Ardua moles  
Stat templi complexa forum, cultuque decora  
Longaevo, sua sacra suumque Deabus Olympum  
Pieris reddit. Coelis ergone peractum  
Fluxit opus? Creffis an conformata figuris  
Daedaleas lassare manus fastigia? Talem  
An te, Phoebe, throni renovato culmine fistis,  
Qualem Roma vicens, festivaque Graecia vidit,  
Conspicuum auratis mensis, folioque locatum  
Coelesti, jubar aeternum dispergere terris?  
Nunc age fama prior, notum per secula nomen,  
Prodiga miretur Phrygiae tabulata Dianae,  
Mundus servandis quibus haud suffecit Eous;  
Nostra nec imber edax, nec vis foecunda furoris  
Diri, nec series venturi diruet aevi.  
Adde, quod illa leves nugas amplexa, profanos  
Ignes, suppositos cineri celare dolofo,  
Densisque ignaros dementavere tenebris;  
Haec, solidis liquidae doctrinae innixa columnis,  
Pubemque erudiunt teneram, cupidisque sciendi  
Campos discendi fatagunt aperire patentes,  
Dum placidam spirant flammam, Vestaque perenni  
Palladium cingunt, turbae fatale novenae,  
Quod nec Tydides scelerumque inventor Ulysses  
Vi vel fraude queant sacrato avellere templo.  
Felicem, nimis ô felicem, munere tanto  
Tellurem patriam! redeunt Saturnia regna,  
Aureaque increscit dum ferrea desinit aetas.  
Ilme fave, Pater Ilme! TUUS jam regnat APOLLO.  
Regnet perpetuum! devota mente precamur,  
Regnet ter, felix! & quae sibi templa dicavit,  
Ipse colat, ferusque suo dare thura nepotes  
Natali cernat laetos! totiesque renatas  
Se memorent Musae, quoties gratanter adorant  
Pronae MAGNANIMI nascentes PRINCIPIS annos.

MAGNANIMITAS AUGUSTA,  
*QVAM*  
 SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,  
 DOMINI  
**WILHELMI  
 ERNESTI,**



ONIAE, IULIACI, CLIVIAE AC MONTIUM,  
 GARIÆ ITEM ET VVESTPHALIAE,  
 VII THURINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE,  
 PRINCIPIS HENNEBERGIAE,  
 ITIS MARCIAE ET RAVENSBERGIAE,  
 DYNASTIAE RAVENSTEINI,  
**PATRIAE VERE AUGUSTI,**  
 NATALI EXOPTATISSIMO

ANNO M DCC XVI.  
 FELICITER ILLUCESCENTE,  
*IN DEDICANDA*  
 AEDE  
 PLUSQVAM AUGUSTA,  
 SUB NOMINE  
 MNASII WILHELMO-ERNESTINI  
 MUSIS ET APOLLINI,  
*IMO*  
 PUBLICAE UTILITATI ET POSTERITATI  
 DICATA,  
 PROPE SALINAS SULZENSES  
 IMMILLIMO ANIMI CULTU VENERABUNDUS  
 PROSEQUITUR  
 CHRISTOPHORUS TITTELIUS.

NARIAE, LITTERIS MUMBA CHIANIS.

